



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 75. Antonii Zapatae Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII. Præcones rursus refellere nitebantur, ac denique malitia prorsus execranda ad honestandam suam rebellionem, conciliandamque suo fanatismo auctoritatem Divini Nominis honorem profanare non dubitarunt; quippe Edini scelestam quamdam sollicitarunt mulierculam, quæ se frequens cum Deo Patre commercium habere mentita, in vulgus spargeret, quod Deus Puritanorum causam fecisset suam.

§. LXXV.

Antonii Zapatae Cardinalis obitus.

*Ciacon. in
vit. Clem.
VIII.*

Hoc item anno ex Purpuratis, tres naturæ debitum solverunt, ex quibus prior Antonius Zapata Nobilis Hispanus die sexta Maij in patria sua obiit, annos natus octoginta sex. Hic ætate juvenis, sed meritis maturus, Gadicensis primo, postea Ginenfis, & paulo post Pampilonensis Episcopus, demum vero Burgenfis Archipræsul nominabatur. Eadem fortunæ velocitate ad Philippum II. Hispaniarum Regis preces ad Romanam Purpuram vocatus, se prævalidum Ecclesiæ Defensorem exhibuit; inter omnes enim Sacri Collegii Patres Religionis studio, pietatis fervore, & Sacrarum literarum intelligentia eminebat; præterea illius dextera nonnulli chari-

charitatis opera in pauperes, & Eccle- Sæc. XVII.
 sias continue distillabat, præcipue vero A. C. 1638.
 pestilentia Pampillonensem urbem de-
 populante Antonius, præter vinum,
 aliæque necessitatis levamina, qualibet
 hebdomada quingentos tritici modios
 in pauperes distribuit, ipseque Xeno-
 dochia visitavit, largas in ægrotos ef-
 fundens eleemosynas: imo miseris sub-
 venire non destitit, donec vivere desiit.

§. LXXVI.

*Hyppoliti Aldobrandini Cardinalis
 mors.*

Alter ex Purpuratis, qui hoc anno de- *Ughel. in*
 cessere, erat Hyppolitus Aldobran- *Ital. Sacr.*
 dinus, patria Romanus, Clementis
 VIII. Pro-Nepos, qui post Patru sui
 Petri Aldobrandini Cardinalis obitum
 Purpura decoratus, doctrina & pru-
 dentia, necnon singulari in rebus ge-
 rendis solertia sese non minus Hispanis
 gratum, quam Ecclesiæ utilem reddi-
 dit: cum vero ad Neptis suæ nuptias
 invitatus, Neapolin contenderet, inde
 Romam reversus in lentam incidit fe-
 brin, qua brevi consumptus, die vige-
 sima secunda Julii ætatis suæ quadra-
 gesimo septimo postremus Aldobran-
 dinæ familiæ furculus obiit, sepultus

R 5 in